



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Andreas Corsinus Ep. Zelus pro cultu Deiparæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



S. ANDREAS CORSINUS EP.

Zelus pro cultu Dei para.

Deus, qui in Ecclesia tua nova semper instauras exempla virtutum: da populo tuo B. Andreæ Confessoris tui atque Pontificis ita sequi vestigia, ut assequatur & præmia.

Ora pro Ordine Carmelitano,



ANDREAM, ex voto Deiparæ factò, gestans utero mater, visa sibi est lupum parere, qui ad limen Carmelitanæ ecclesiæ vertebatur in agnum. Exitus visum probavit. Ad vitia deflectens juvenis, ut matris de se votum cognovit, & ecclesiam adiit, subito alius à se fuit: mutataque cum habitu vita, constantiam in proposito monstravit, omnibus mundi illecebris fortior. Suo deinde Ordini præfectus in Hetruria, postea Fesulanæ Ecclesiæ postulatus, ac miraculo datus Episcopus, Pastoralis curæ junxit vitæ religiosæ tenorem. Ab Urbano V missus Bononiam Legatus, graves ibi turbas sedavit; Fesulasque reversus, obiit, prænuntiata sibi à Virgine die 6 Januarii 1373. Corpus Florentiam delatum ad sui Ordinis ecclesiam, præsentibus Concilii Florentini Patribus elevatum fuit an. 1439. Urbanus VIII an. 1629 Sanctorum Catalogo solenniter adscripsit, Alexander VII 1666 concessit per totam Ecclesiam, testò huius translato.

*Beatus vir qui audit me, & vigilat ad ser-
res meas quotidie inveniet vitam &
hauriet salutem. Prov. 8.*